



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia contra Pruthenos, tempore Ioannis III. Cap. LXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

*De IOANNIS II. bello Genapiensi pro Ix. Dux Lo-
tharingie &
Iudeis.*

Brabantie.

C A P. L X I V.

IOANNIS secundi ætate multi populares *Ex chronicis
inconsultè, nec Cruce prædicata, nec Du-
Brabantie.* cem habentes, expeditionem suscepérunt in terram sanctam contra infideles. Hi in itinere Iudæos, quoscunq; inuenire poterant, neci tradebant. Quapropter Dux Genapiense castrum Iudæis concessit, ut eo se tutarentur. Sed capitosus & temerarius populus, statim Genapiam obsedit. Cumq; precibus & monitionibus Ducis nihil mouerentur, ipse ad eos comprimendos profectus est: cumq; rationibus nollent acquiescere, bellum contra eos suscipere compulsus est: prælioque commisso, nonnullis cæsis, reliqui fuga salutem quæsuerunt.

*De sacra militia contra Pruthenos, tempore
Ioannis III.*

C A P. L X V.

IOANNES III. paterni nominis & prin-
cipatus hæres, successit anno Domini 100. *Ioannes III.
fuit x. Lotha-
ringie &
Brabantie
Dux.* CCC. XI. ætatis anno XI. Quo Duce cognatus eius Ioannes Comes Namurcensis cum fratribus Guidone & Philippo, & cum ingenti societate nobilium anno CIO. CCC. XXXV. propter Deum & salutem animæ successit in Prussiam contra Sarracenos. Ex Bra-

G 5 bantis

bantis in ea militia inter ceteros inclaruit
Wilhelmus de Rode, patritius Louaniensis.
Huic militiæ vacare non potuit Ioannes III.
Princeps simplex, modestus, & iustus, quia
bellum contra eum suscepserant Ioannes Boë-
mix Rex, filia Brabantia matre genitus, &
Ludouicus Comes Flâdriæ, Ducatus partem
postulantes: quibus se multi Principes socios
adiunxerant. Cōtra quos limites sui Ducatus
magno animo & prosperitate defendit. Obiit
Furæ ∞ . CCC. LV. die VI. Decembris.

De sacra militia VV E N C E S L A I D u c u s.
C A P . L X V I .

XII. Lotha-
ringia &
Brabantia
Dux Ioanna
nupta Vuen-
ceslao.

PER Ioannam filiam Ioannis tertij Duca-
tum obtinuit eius maritus Wenceslaus
Bohemus, Dux Lutceburgensis, filius Ioannis
Regis Bohemiæ, frater Caroli IV. Imperatoris.

Hic multa geñit bella: sed hoc loco sacra
dumtaxat attingimus, quorum vnum fuit
contra sectam *Iaques Bon-homme*, Alterum
contra raptores Ultramosanos. De priore scri-
bunt Gaguinus lib. I x. Massæus lib. XVI II. &
Tritthemius in Chronico Hirsaugiæ ad an-
num C I O. CCC. L X I I . cuius hæc est narratio:
Exorta est in Sabaudia & Gallijs pessima so-
cietas hominum plus quam centum milium,
qui venundati erant ut facerent malum, erat-
que eis propositum, nobilitatem omnem
exterminare. Inter Ligerim igitur & Sequa-
nam omnia vastabant, ut nullus in villis &
agris